Krinski Excemptio.

Coram off. et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Thomas olim Joannis Lempicki Sanus mente et corpore exns palam ac libere recognovit. Quia sibi Nlis Paulus olim Jacobi Krinski ex exemptione bonorum in hereditate Lempice consisten. per Nlem Joannem Poniatowski seu consortem eius parenti suo inscripta et per ipsum Krinski iure perpetuo quaesita emendandis iis suum perpetuum Sex Sexagenas Pol. persolvit ideo ipsum quietat. et de bonis praefatis proprio haeredi condescendit perpetue et in aeuum. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Lempice Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Anna filia olim Joannis Lempicki consors Nlis Pauli olim Jacobi Krinski cum eiusdem mariti sui ibi tutoris coniugalis assistentia Sana mente et corpore exns palam publice libereq. recognovit. Quia sibi Nobilis Thomas olim Joannis Lempicki frater suus sortem competentem de bonis paternis legitime concernen. plenarie persolvit ideo ipsum quietat et liberum facit perpetuo. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Krinski Lempicka Reformauit.

Coram officio Actisq. praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Paulus olim Jacobi Krinski de Lempice et Krinski hrs Sanus mente et corpore exns palam publice libereq. recognovit. Quia Nobili Anna filia olim Joannis Lempicki consorti sua legitima Rone vera dotis postea accepta et in bona sua importata in medietate Omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hereditate Lempice et alibi Ubivis consisten. nunc habitorum et in post fauente divina clementia habendorum Summam Sexaginta floren. pol. dotis et addotalicij decem floren. pol. reformat inscribit dotalicat more aliorum dotaliciorum hoc in Regno Pol. obseruari solitorum. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Oslowski Brzescianka Intromissio.

Ministerialis Generalis Regni Providus Josephus de Wronka cum Nlibus Stanislao Malinowski et Falkowski Coram officio praesenti personaliter stans palam recognovit. Quia ipse feria Secunda proxe praeta existens ad bona Brzescianka ibidem Generosum Petrum olim Zygismundi Oslowski in Omnia et singula bona mobilia et immobilia in haereditate Brzescianka consisten.

ipsi per Nobilem Petrum Rudzinski olim Stephani filium medio Obligationis in Summa Mille Quingentorum Floren. Poll. inscripta dixit in areas aedificia hortos agros prata campos sylvas borras rubeta iuxta latiorem Inscriptionis eiusdem obloquentiam nemine tam in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit investiuit et bona eadem omnia ipsi in possessionem pacificam contulit et subditis obedientiam interdixit. Deque Relatio praesens.

Actum in Curia Regia Bransceñ feria Secunda post Dominicam Ramispalmarum prox. Anno Dni Millmo Sexcentmo Quadragmo Secundo.

Krasowo — **Demissio.**

Coram officio Actisq. praesentibus Castreñ Capitañ Bransceñ personaliter Comparens Nobilis Venceslaus olim Joannis Piekut sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Leonardo olim Lucae Krasowski Pechczełko et ipsi succoribus Medietatem obligationis suae in bonis Domanowo sitae percepta per ipsam Dorotheam relictam olim Mathiae Domanowski Nobili Paulo filio Valentini Piekut genero suo in Dotem ex dotalitionis filiae suae Coram Actis praesentibus feria Secunda proxe festi Divae Margarethae Virginis Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Primo in Summa Quingentarum Sexagenis inscripta quantum ad interesse medietatis obligationis spectat. Cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parata intromissione possessione evictione ac ligamentis in originali inscriptione contentis cedit et in ipsum ac eius succores hoc idem ius suum transfundit. Intromissionem illi ex nunc cum pacifica possessione per se et succores suos dat et admittit.

Bagienski — **Quietatio.**

Coram officio Actisq. praesentibus Castreñ Capitañ Bransceñ personaliter Comparens Nobilis Martinus olim Venceslai Gorski sanus mente et corpore exns palam publice libereq. recognovit. Quia sibi Nobilis Joannes olim Adami Bagienski ex obligatione bonorum in haereditate Bagienskie sitae sibi per eum inscript. sex floreñ Poll. persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat perpetuis temporibus. Personali sua recognitione mediante.

Falki Nowosadi — **Donatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castreñ Capitañ Bransceñ personaliter Comparens Nobilis Adam olim Mathiae Falkowski de Falki Philippi his sanus mente et corpore exns palam publice libereq. recognovit. Quia Nobili

Paulo